Rh. M. 1882, p. 483, 19. *εἴτε διδάξαι τὸν ἀδελφὸν (ἐθέλοι τις), ὡς δύο εἰσὶν Ἔριδες ἐν ἀνθρώποις.* In mente habuit, ut iam Foersterus h. l. adnotavit, Hesiodum, qui opus fratri dicavit. Locus est Opp. 11 sq.

B. 289, frgm. *λθ'* not 2. *Οὔσης ποικίλης καὶ τραχείας τῆς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἀγούσης ὁδοῦ κτλ.* Manifesto expressit Hesiodum, cuius verba de virtute sunt Opp. 290.

. . . *μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν*
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον.

§ 2.

De Choricii studio Aeschyleo.

B. 24, 15. *Ταύτας, ὦ ποθεινοτάτη κεφαλή, τὰς χοὰς ὁ σὸς ἐπισπένδει σοι φοιτητής.* Cf. Choeph. 147:

Τοιαῖσδ' ἐπ' εὐχαῖς τάσδ' ἐπισπένδω χοάς.

B. 185, 11. *εὑρίσκει δὲ τὸν τῆς ἀθυμίας ὄφιν πολὺν κατὰ καρδίας ἐμοῦντα τὸν ἰόν.* Eum. 700:

Σύ τοι τάχ' οὐκ ἔχουσα τῆς δίκης τέλος
Ἐμεῖ τὸν ἰὸν οὐδὲν ἐχθροῖσιν βαρύν.

G. 213, I, 3, not 7. *πῶς ἄν τις πολλὴν ἐπιστομίσειε φήμην πάλαι κρατοῦσαν.* Vir doctus Graux commemorat locum Suppl. v. 294 *καὶ φάτις πολλὴ κρατεῖ.*

B. 181, 16—182, 3. *τίς περίνοια καρτερόψυχος καὶ φιλόσοφος δύναιτ' ἂν ὑπολῦσαι δεσμοῖς ἀδαμαντίνοις πεπεδημένου καὶ*

ὑπεξαγαγεῖν με τοῦ πένθους, ὡς Ἡρακλῆς πάλαι τῆς ἐν Ἅιδου φρουρᾶς τὸν ἑταῖρον Θησέα μυθεύεται. Num fortasse in mente habuit locum Promethei v. 6

Ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις?

B. 38, 10—11. *ἐβούλετο γὰρ οὐ δοκεῖν, ἀλλ' εἶναι χρηστή.* Et Villoisonius et Boissonadius (not. 4) sophistam hoc loco celeberrimum illum de Amphiarao, postea ab Atheniensibus de Aristide usurpatum versum respexisse putaverunt. Sed omiserunt etiam Platonem praeter illum locum, quem laudat Boissonadius Rep. II 361 A. (*ἐσχάτη γὰρ ἀδικία δοκεῖν δίκαιον εἶναι μὴ ὄντα*) hunc Aeschyli versum citasse paulo post Rep. II, 361 B. Cuius loci verba cum similiora sint Choricianis quam Aeschyleis, equidem hunc locum sophistam imitatione Platonica expressisse putare malim.

Aesch. Sept. 578:	Plato:	Choricius:
Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.	*οὐ δοκεῖν, ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα.*	*ἐβούλετο γὰρ οὐ δοκεῖν, ἀλλ' εἶναι χρηστή.*

Et Plato et Choricius habent positivum (*ἀγαθόν—χρηστή*) cum *εἶναι* verbo coniunctum.

§ 3.

De Choricii studio Sophocleo.

B. 39, 3. not. 2. *οὕτω τὴν Σοφοκλέους ἐγίνωσκε συμβουλὴν ἐκ Σοφοκλέους μὲν οὐδαμῶς, ἐκ δὲ τῆς οἰκείας φύσεως ταύτην μαθοῦσα, πάσαις μὲν γυναιξί, παρθένοις δὲ μάλιστα πρέπειν τὴν σιωπήν.* Verba sunt Soph. Ai. 293:

Γύναι, γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει,

quae etiam in Men. Monost. 83 inveniuntur.[1])

B. 238, 4. *τοῖς θεοῖς προσεύχομαι εὐτυχεστέραν μὲν τῆς ἀπελθούσης εἶναί μοι γονὴν ἐπινεῦσαι, τὰ δ' ἄλλα τοιαύτην.* Hic meminisse rhetorem Sophoclei Aiacis ad filium verborum (vv. 550—551.):

Ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος
Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος

iam Boiss. adnotavit.

B. 194, 4 sq. not. 2. *ὦ πληγῶν ἐκείνων φονίων ναυαγίου καὶ κλύδωνος ἱππικοῦ κτλ.* Meminit Soph. Electrae vv. 729 sq.

. . . . πᾶν δ' ἐπίμπλατο
Ναυαγίων Κρισαῖον ἱππικῶν πέδον.

---

[1]) Cf. Foerster, Hermes, XII, 211.

Sunt verba e paedagogi de Orestis morte narratione. Fortasse etiam meminit verborum sequentium:

Ἔξω παρασπᾷ κἀνοκωχεύει παρεὶς
Κλύδων' ἔφιππον ἐν μέσῳ κυκώμενον (v. 732 sq.).

Eisdem fere verbis utitur Aegisthus, cum quaerit ex choro, ubi sint illius mortis nuntii 1442—1444:

Τίς οἶδεν ὑμῶν, ποῦ ποθ' οἱ Φωκῆς ξένοι,
Οὕς φασ' Ὀρέστην ἡμῖν ἀγγεῖλαι βίον
Λελοιπόθ' ἱππικοῖσιν ἐν ναυαγίοις.

Alios Sophoclearum tragoediarum locos non inveni. Restat, ut afferam locum

G. 222, VI, 27. *Ἀλλὰ γὰρ Σάτυρος ὁ τῆς κωμῳδίας οὗτος ὑποκριτὴς τῶν Σοφοκλέους ἀνέμνησέ με σατύρων, οὓς ἐκεῖνος εἰσήγαγεν οὕτω πρὸς ἀσέλγειαν μεμηνότας, ὥσθ' ὅ γ' Ἀριστείδης, οὓς λοιδορεῖ φιλοσόφους καὶ πλείστῃ φησὶν ἀκολασίᾳ συζῆν, τοῖς Σοφοκλέους ἀπεικάζει σατύροις. Ἀλλ' ὅμως οὐδεὶς ᾐτιάσατο Σοφοκλέα τοὺς θεατὰς ἀκρατεῖς καταστῆσαι.* Hic locus Choricium satyros Sophocleos cognovisse non demonstrat. Sumpsit haec ex Aristidis vol. II p. 307 (Cf. not. Graux. p. 222, 35.).

§ 4.
De Choricii studio Euripideo.

Euripidis nomen semel apud Choricium legimus:

G. 242, XVI, 10. *Εὐριπίδης μὲν γάρ, ὁ Σοφοκλέους τῇ τοῦ θεοῦ κρίσει σοφώτερος,*

[ἀ]λλ' ἄκρας (φησὶν) εὐηθίας
Ἅπτοιτ' ἂν ὅστις τὴν φύσιν νικᾶν θέλοι.

Cf. Graux. not. 14 et pag. 210.

Hippolytus.

B. 163, 18. *Διακονήσει δὲ τῇ χρείᾳ τραγικὴ*[1]) *τις γραῦς* de Phaedrae nutrice. Respicit ancillam tragoediae Euripidis, ubi verba chori 267 *Γύναι γεραιά, βασιλίδος πιστὴ τροφὲ Φαίδρας.*[2]) Cf. Boiss. p. 163 not. 4.

B. 207, 9. Eiusdem Phaedrae exemplo utitur. Cf. Hipp. vss. 399 sq.

---

[1]) Cf. B. 48, 6; G. 71, V, 3; B. 310 not. 3; B. 151, 29; B. 110, 18; G. 223 VII, 4 qui loci in sequentibus a me laudati sunt.

[2]) In descriptione imaginum Phaedrae amorem effingentium quomodo sophista Euripidis Hippolytum secutus sit, nuper docuit Kalkmann in ephemeride archaeologica 1883 p. 162, nott. 2, 3.

B. 161, 32. Hunc locum Platonis Conv. 200 E sophistam non minus respexisse quam Eurip. Hipp. 183 supra (p. 26) admonui.

B. 162, 5. not. Boiss. *Καὶ σῶμα στηριγμάτων ἐπιδευόμενον* de Phaedra. Cf. Hipp. 198.

B. 162, 8. *Ὁρᾷς δὲ· πῆχυν καὶ πάθει λυόμενον καὶ κτλ.* Hipp. v. 198. *λέλυμαι μελέων ξύνδεσμα.* Manifesto his locis meminit Euripidis Hippolyti.

B. 183, 6. *ὃν (βόστρυχον) ἐγὼ πόλλ' ἐκήπευσα Μουσῶν δρόσῳ λιπαίνων.* Puto Choricium praeter Troadum locum, quem Boissonadius indicavit, respexisse Hipp. 78 *Αἰδὼς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις.* Hanc tragoediam sophistam cognovisse hi loci satis demonstrant.

Andromacha.

B. 48, 6. *Ἐκείνην ὀλβίαν προσεῖπεν ἂν εἰκότως ἡ τραγῳδία, ἥπερ εὐτυχῶς τὴν τελευταίαν ἐπέρασεν ἡμέραν.* Choricium hoc loco respexisse Andromachae vv. 100 sq. Boissonadius iam adnotavit:

Χρὴ δ'οὔποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον βροτῶν, [1)]
Πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς
Ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.

G. 71, V, 3. *Πολυχειρίας μὲν γὰρ κατορθούσης πάντες μερίζονται τῶν εἰργασμένων τὴν δόξαν ἄλλων ἄλλους καταβαλόντων κἂν ὁ στρατηγὸς τῇ τραγῳδίᾳ δοκῇ τὴν εὔκλειαν ἄρνυσθαι.* Androm. 694 sq. (iam Graux. not. 8. adnotavit):

Ὅταν τροπαῖα πολεμίων στήσῃ στρατός,
Οὐ τῶν πονούντων τοὔργον ἡγοῦνται τόδε,
Ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυται κτλ.

B. 310. frgm. *ροε'.* not. 3. *Καὶ ὑμεῖς ἐκείνῃ (τῇ τραγῳδίᾳ* vel *ποιήσει:* coniec. Boiss.) *συνᾴδετε, ὡς ἀρετὴ καὶ θανοῦσι λάμπει.* Sumpta sunt ex Andromacha Euripidea v. 776.

ἁ δ'ἀρετὰ
καὶ θανοῦσι λάμπει.

Medea.

G. 243, XVII, 2. not. *ὑποκριτοῦ, ὃς . . . (εἰσέρχεται) . . . νῦν δὲ μητέρα ξίφος ἐπιφέρουσαν τέκνοις ὑπὸ ζηλοτυπίας ἐρωτικῆς.* Manifesto Euripidis Medeam in mente habuit.

B. 29, 23. not. 7. *δειναὶ γὰρ ἀεὶ καὶ δυσίατοι τῶν φίλων αἱ πρὸς ἀλλήλους διαφοραί.* Imitatus est Med. 520—521:

---

1) Stob. CV, 14.

Δεινή τις ὀργὴ καὶ δυσίατος πέλει,
Ὅταν φίλοι φίλοισι συμβάλωσ' ἔριν.

Orestes.

B. 151, 25. *Ταύτην (τὴν Γοργὼ)· ἂν εἶπεν ἡ τραγῳδία αἱματωπόν τε καὶ δρακοντώδη κόρην.* Cf. Orestis Euripidei v. 255 sq:

Ὦ μῆτερ, ἱκετεύω σε, μὴ 'πίσειέ μοι
Τὰς αἱματωποὺς καὶ δρακοντώδεις κόρας.

Sed Euripidis de Furiis locus; de Gorgonibus sophista loquitur.

B. 185, 17. *ἀποψιλοῖ τὴν κεφαλὴν πενθίμῳ κουρᾷ.* Usurpavit Euripidea verba ex Or. 458

Κουρᾷ τε θυγατρὸς πενθίμῳ κεκαρμένος

vel ex Alcest. 512 *Τί χρῆμα κουρᾷ τῇδε πενθίμῳ πρέπεις;*

Phoenissae.

B. 110, 18, not. 8. *Ἔπαινος δὲ γυναικῶν πάσης ἠλλοτρίωται κολακείας, εἴ γε κατὰ τὴν τραγῳδίαν φιλόψογόν ἐστι τὸ φῦλον, καί τις ἡδονὴ γυναιξὶ μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν* = Phoenissarum vv. 198 sq.

Φιλόψογον γὰρ χρῆμα θηλειῶν ἔφυ
. . . . . . *ἡδονὴ δέ τις*
Γυναιξὶ μηδὲν ὑγιὲς ἀλλήλαις λέγειν.

Alcestis.

F. 224, 5 = B. 286 frgm. *κδ.' Ὡς εὐκολώτερον οἶμαι παντὶ παραμυθεῖσθαι τὸν πλησίον ἢ πταίσαντα καρτερεῖν.* Cf. not. 2. Vill. = Polak. l c. 281. Expressa ex decantata sententia Euripidea *Ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν* = Alcest. vs. 1078.

Hecuba.

B. 180, 7 not. *Καὶ νῦν ὡς ἐν συμφοραῖς κατὰ τὴν τραγῳδίαν φίλοι σαφέστατοι* = Eur. Hecubae v. 1226

Ἐν τοῖς κακοῖς γὰρ ἀγαθοὶ σαφέστατοι φίλοι.

B. 291 frgm. *νβ.'* not. 10. *ἐκεῖναι* (scil. *αἱ πόλεις*) *κάμνουσι καὶ ζῶσι περιδεῶς, ἐν αἷς οἱ σπουδαῖοι τῶν πολιτῶν ἐν ἴσῳ κεῖνται τοῖς φαύλοις* = Hec. 306

Ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις,
Ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ
Μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.

Troades.

B. 183, 5. not. 4. *τίς τὸν τοῦ παντὸς γένους ἀπέκειρε βόστρυχον, ὃν ἐγὼ πόλλ' ἐκήπευσα Μουσῶν δρόσῳ λιπαίνων, καὶ τἄλλα πρὸς τὸ καλὸν ἐξασκούμενος;* Praeter Hippolyti locum, quem supra indicavi, Choricius imitatus est Troad. vv. 1173 sq:

Δύστηνε, κρατὸς ὥς σ' ἔκειρεν ἀθλίως
Τείχη πατρῷα, Λοξίου πυργώματα,
ὃν πόλλ' ἐκήπευσ' ἡ τεκοῦσα βόστρυχον.

Λιπαίνειν vox invenitur apud Eurip. Bacch. 573:

τὸν ἔκλυον
Εὔιππον χώραν ὕδασιν
Καλλίστοισι λιπαίνειν.

et Hec. 451:

ἔνθα καλλί-
στων ὑδάτων πατέρα
Φασὶν Ἀπιδανὸν γύας λιπαίνειν.

Praeter hosce locos afferam paucos a viris doctis indicatos, quos num Choricius respexerit mihi non constat:

B. 294, frgm. ξε' (not. Villoisonii.) *Ἀρετὴ τοῖς μὲν εὐποροῦσιν ἂν ἀπῇ, παρεῖναι δοκεῖ, τοῖς δὲ πενομένοις καὶ παροῦσα λανθάνει.* Eurip. Heraclid. vv. 745 sq.:

Ἔστι δ' ἐν ὄλβῳ καὶ τόδ' οὐκ ὀρθῶς ἔχον
Εὐψυχίας δόκησις· οἰόμεθα γὰρ
Τὸν εὐτυχοῦντα πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς.

Sententiam Euripideam certe agnoscimus, verba et elocutiones vix agnoscuntur.

B. 293, frgm. ξ'. *Ἅπαν, οἶμαι, χρηστὸν λυπεῖ μὲν ἐξ ἀρχῆς μὴ παρόν, λυπεῖ δὲ πλέον ἀφαιρεθέν. Εἰ γὰρ ἑτέρους πλουτοῦντας ὁ πένης ὁρῶν οὐ φέρει τὴν θέαν ἀλύπως, πολὺ μᾶλλον ἀλγήσει παλαιᾶς αὑτοῦ μεμνημένος εὐδαιμονίας.* Herc. Fur. 292:

Κεκλημένῳ δὲ φωτὶ μακαρίῳ ποτὲ
Αἱ μεταβολαὶ λυπηρόν· ᾧ δ' ἀεὶ κακῶς
Ἔστ', οὐδὲν ἀλγεῖ συγγενῶς δύστηνος ὤν.

B. 296. frgm. οθ'. *Οἷος πέφυκεν ἕκαστος, τοιούτοις χαίρει συνών.* Leguntur Euripidea verba in Stob. flor. append. pag. 19 (ed. Gaisf. p. 389 Tom. II.):

Ὅστις δ' ὁμιλῶν ἥδεται κακοῖς ἀνήρ,
Οὐ πώποτ' ἠρώτησα γιγνώσκων, ὅτι
Τοιοῦτός ἐστιν, οἷσπερ ἥδεται ξυνών.

Inveniuntur etiam in Hermogenis Prog. c. 4.

B. 295, frgm. *οβ'*. *Ἀνδρῶν ἐπιφανῶν εἰκὼν*[1]) *ἅπασα γῆ* Stob. flor. XL., 9 (ed. Gaisf. p. 77[2]):

Ἅπας μὲν ἀὴρ ἀετῷ περάσιμος,
Ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.

G. 223, VII, 4. not. 6. *τραγικὴν ἄκουε ῥῆσιν ἐναντία σοι λέγουσαν:*

Τὸ μὲν μέγιστον οὔποτ' ἄνδρα χρὴ σοφὸν
Λίαν φυλάσσειν ἄλοχον ἐν μυχοῖς δόμων.
Ἐρᾷ γὰρ ὄψις τῆς θύραθεν ἡδονῆς,
Ἐρᾷ δ' ἀκούειν ὧν φυλάττεται κλύειν.
Ἐν δ' ἀφθόνοισι τοῖσδ' ἀναστρωφωμένη
Βλέπουσά τ' εἰς πᾶν καὶ παροῦσα πανταχοῦ,
Τὴν ὄψιν ἐμπλήσασ' ἀπήλλακται κακῶν.

Hi versus excepto quarto inveniuntur in Stob. flor. LXXIV, 27 sub lemmate Menandri. Antecedunt tres versus. Agit de hoc fragmento nostroque de loco vir doctus Graux in quaestione, quam praemisit editioni „apologiae mimorum“ in Rev. de phil. I p. 210 et pag. 223 not. 6. Consentio cum viro docto putante vv. 1—3 fragmenti Stobensis esse Menandri, reliquos Euripidis. Quartum versum librarius quidam omisit primi horum versuum verbi aequalitate perductus. Atque Euripidis esse haec verba Choricium putasse ex verbis eius probatur: *τραγικὴν ἄκουε ῥῆσιν* et: *Ἀκούεις ἀνδρὸς μισογύνου καὶ σώφρονος.*

§ 5.
De Choricii studio Aristophaneo.

Aristophanis nomen bis[3]) apud Choricium legimus:

G. 230, X, 13. not. 12. *δέδοικε δ' οὐδεὶς μὴ λάθῃ γύννις καὶ θηλυδρίας ὁ παῖς αὐτῷ γεγονὼς ἢ μῖμον ἰδὼν τοιαῦτα σχηματιζόμενον ἢ λέγοντος Ἀριστοφάνους ἀκούσας, ἃ δὴ τοὺς τοιούτους ἐκεῖνός που ἔφη κωμῳδῶν.* Recte vir doctus Graux adnotavit Choricium in mente habuisse Ar. Thesm. vv. 131 et 136. Vox enim *γύννις* nusquam

---

[1]) Foersterus *εἰκὼν* in *χθὼν* corrigi vult; correctura sane optima et ex loco Euripideo probanda!

[2]) Nauck fragm. tragg. Graec. Eur. 1034.

[3]) Mitto locum B. 100, 1. *Σωκράτη μὲν οὖν ἐκ τῶν ἱστοριῶν παρειλήφαμεν κωμικῆς ἀνεχόμενον λοιδορίας καὶ τῶν Ἀριστοφάνους ὑπερορῶντα σκωμμάτων.*

apud Ar. nisi illo loco (*ποδαπὸς ὁ γύννις;*) legitur. *θηλυδρίας* vox nusquam apud Aristophanem reperitur; *θηλυδριώδης* autem eodem loco de poesi Agathonis 130:

Ὡς ἡδὺ τὸ μέλος . . . .
Καὶ θηλυδριῶδες καὶ κτλ.

G. 229, X, 4 not. 2. *Οὐ γὰρ συναλλοιοῦται τοῖς ἐσθήμασιν ἡ ψυχή, κἂν συνᾴδοντά τις τῷ σχήματι φθέγξηται· οὔτε γὰρ ἀνδρεῖον ἡ λεοντῆ τὸν Ἀριστοφάνους ἐποίει Ξανθίαν οὔτε δειλὸν ἡ γυναικεία στολὴ τὸν Πηλέως κτλ.* Ar. Ran. vv. 498 sq.:

Ξ. Φέρε δὴ ταχέως αὔτ'· οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον.
Καὶ βλέψον εἰς τὸν Ἡρακλειοξανθίαν,
Εἰ δειλὸς ἔσομαι. καὶ κατὰ σὲ τὸ λῆμ' ἔχων κτλ.

et vv. 590 sq.:

Chorus ad Xanthiam:
Νῦν σὸν ἔργον ἔστ', ἐπειδὴ
Τὴν στολὴν εἴληφας, ἥνπερ
Εἶχες ἐξ ἀρχῆς, πάλιν
Ἀνανεάζειν
Καὶ βλέπειν αὖθις, τὸ δεινόν,
Τοῦ θεοῦ μεμνημένον
Ὧιπερ εἰκάζεις σεαυτόν.

(Conf. Ran. 463).

Praeter hos locos Aristophanem respexit:

G. 220, VI, 4 not. 9. *ὅθεν αὐτὸν ἐπήρετο (τὸν Διόνυσον) μὲν ὁ θεράπων κατὰ τὴν τοῦ κωμικοῦ μαρτυρίαν, εἴ τι λέγοι „τῶν εἰωθότων, ἐφ' οἷς ἀεὶ γελῶσιν οἱ θεώμενοι", ὁ δὲ „νὴ τὸν Δί' ὅ τι βούλει γε" εἶπεν.* Initium Ar. Ran. 1. sq:

Ξ. Εἴπω τι τῶν εἰωθότων, ὦ δέσποτα,
Ἐφ' οἷς ἀεὶ γελῶσιν οἱ θεώμενοι;
Δ. νὴ τὸν Δί' ὅ τι βούλει γε.

B. 192, 17. *καὶ τῷ τῶν Μουσῶν Ἑλικῶνι, ὃν ἐγώ σοι ὅλον ἐφῆκα δρέπεσθαι οὐκ ἀδαῆς ἀνθέων μουσικῶν φυτουργὸς κτλ.*

B. 109, 3. *Ἐδρεψάμην κἀγὼ τῶν τοῦδε λειμώνων ὅσα χωρεῖν ἠδυνάμην.*

B. 2, 4. *παρ' ᾧ λειμῶνας Ἀττικοὺς ἐδρεψάμην, τούτου τὸν τάφον σιγῇ παρελθεῖν.* Imitatus est his tribus locis Ar. Ran. 1299:

. . . . . ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ
Λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθείην δρέπων.

B. 133, 10. *Ἤδη τοῖς ῥόδοις καὶ λόγοις παττόμενοι, χαρίεν τί τε καὶ ἐπαφρόδιτον γίνεται.* (not. 6.) MS. habet *πλαττόμενοι*. Coniectura Boissonadii sine dubio probanda est. Imitatus est enim sophista Ar. Nubb. 1330. Phidippidis ad Strepsiadem patrem verba:

πάττε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις (scil. *τοὺς λόγους*).

Fortasse etiam in coniunctione verborum: B. 12, 14. *εἴ ποτε πράγμασιν ὁμιλεῖν ἀναγκάζοιντο* secutus est Ar. Nubb. 1399:

Ὡς ἡδὺ καινοῖς πράγμασιν καὶ δεξιοῖς ὁμιλεῖν.

G. 236, XIII, 8 not. 14. *Τίς δ'οὐκ ἂν ἀπείποι καταλέγειν ἐπιχειρῶν ὅσα μιμοῦνται; δεσπότην, οἰκέτας, καπήλους, ἀλλαντοπώλας, ὀψοποιοὺς κτλ.* Esse has personas Equitum Aristophaneorum iam Graux adnotavit.

B. 83, 1. *ἐπὶ γλυκείας ἐλπίδος ὀχούμεθα.* Equit. 1244: *λεπτή τις ἐλπίς ἐστ' ἐφ' ἧς ὀχούμεθα.* Plato eandem elocutionem usurpavit. Legg. 699 B.[1]) *ἐπὶ . . . τῆς ἐλπίδος ὀχούμενοι ταύτης.*

B. 225, 13. *Εἰ γὰρ καὶ σωτηρίας ἄξιος ἕκαστος εἶναι δοκεῖ σύμμαχον ἔχων τὸ δίκαιον.* Acharn. 661 sq.:

Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ καὶ τὸ δίκαιον
ξύμμαχον ἔσται.

His locis certis adiungam unum minus certum.

G. 230, X, 12. not. 8. *Ὥσπερ γὰρ Ἀθηναίους οὐδὲν ἡ κωμῳδία βλάπτειν ἐδόκει πρὸς σωφροσύνην μνήμην ποιουμένη Κλεισθένους, οἷαν ὁ τούτου βίος ἀπῄτει . . . κτλ.* Vir doctus Graux putat sophistam quia certe Ranas Ar. cognoverit, nostro loco in mente habuisse Ran. vv. 48 et 57, ubi Clisthenes sugillatur, id quod verisimile est.

§ 6.

De Choricii studio Menandreo.

G. 228, IX, 3. *Ἢ καὶ Μενάνδρῳ πεποιημένων προσώπων Μοσχίων μὲν ἡμᾶς παρεσκεύασε παρθένους βιάζεσθαι, Χαιρέστρατος δὲ ψαλτρίας ἐρᾶν, Κνήμων δὲ δυσκόλους ἐποίησεν εἶναι, Σμικρίνης δὲ φιλαργύρους ὁ δεδιώς, μή τι τῶν ἔνδον ὁ καπνὸς οἴχοιτο φέρων;* Significat Menandrearum fabularum[2]) *Ὑποβολιμαῖον ἢ Ἀγροῖκον,* cuius fabulae erant personae Moschion et Chaerestratus, *Δύσ-*

---

[1]) Cf. supra p. 25.

[2]) Cf. Meineke frgm. com. Graec. IV, 211, 322, 106–107; Cic. p. Roscio Am. XVI, 46.

κολον vel *'Επιτρέποντας*, quarum fabularum persona erat Smicrines. Cuiusnam autem fabulae fuerit Cnemon persona, incertum est [1]).

G. 244, XVIII, 2. *Φασὶ τὸν εὑρηκότα τὴν ὑπὲρ ἧς ἀγωνίζομαι τέχνην, ἐξ οὗ πάντα φησὶν ἐπαγγέλλειν ὁ προσηγορίᾳ μὲν δεύτερος, τὴν τάξιν δὲ πρῶτος, ἐκεῖνον δὴ λέγουσι καὶ τὸν παῖδα τὸν Διοπείθους ἡλικιώτας τ'ἄμφω καὶ φίλους ὅτι μάλιστ' εἶναι συνάπτοντος καθ' Ὅμηρον τοῦ θεοῦ τοὺς ὁμοίους τὸν τρόπον, καὶ γνώμας ἐμμέτρους ἀλλήλοις ἀντιτιθέναι καὶ μὴ χείρονα Μενάνδρου δόξαι τὸν ἕτερον.* Manifesto indicat „*σύγκρισιν Μενάνδρου καὶ Φιλήμονος* vel *Φιλιστίωνος.*" Cf. not. 3. et. 5. viri docti Graux.

De loco G. 223, VII, 4 cf. p. 50.

Sophronis mimos Choricium novisse monstrat G. 215, III 10.

§ 7.

De Choricii studio Pindarico.

Habemus quatuor locos, quibus Choricius Pindari nomen citat:

B. 121, 1 sq. *ἆρα μὴ τοσοῦτον ἐν πανηγύρει χρυσὸν ἡ Ῥόδος ποτὲ προθεμένη Πίνδαρον ἔπεισε μυθολογῆσαι Ῥοδίοις χρυσοῦν ὑετόν.* In mente habet Pind. O. VII, v.v. 32 sq.

τῷ μὲν ὁ Χρυσοκόμας εὐώδεος ἐξ ἀδύτου ναῶν πλόον
εἶπε Λερναίας ἀπ' ἀκτᾶς εὐθὺν ἐς ἀμφιθάλασσον νόμον,
ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσέαις νιφάδεσσι πόλιν,

qui est locus celeberrimus et a multis, ut a Libanio, passim laudatus.

B. 305 frgm. *ρλβ'. ἐποίησε Πίνδαρος καὶ θεοὺς ὀκνοῦντας ὑμνῆσαι τὰς τοῦ Διὸς εἰς ἀνθρώπους φιλοτιμίας.* Est locus carminis Pindarici perditi, qui exstat apud Aristidem II. p. 106. *Πίνδαρος δὲ τοσαύτην ὑπερβολὴν ἐποιήσατο, ὥστε ἐν Διὸς γάμῳ καὶ θεοὺς αὐτοὺς φησὶν ἐρομένου τοῦ Διός, εἴ του δέοιντο, αἰτῆσαι ποιήσασθαί τινας αὐτοῖς θεούς, οἵτινες τὰ μεγάλα ταῦτα ἔργα καὶ πᾶσάν γε δὴ τὴν ἐκείνου κατασκευὴν κατακοσμήσουσι λόγοις καὶ μουσικῇ.* Hoc respexisse Choricium iam Boeckhius vir doctissimus adnotavit ad frgm. III. Quod carmen Pindaricum ipsum sophistam cognovisse ille locus Chorícianus non dissimilis Aristideo ut putemus non cogit, immo vero apud Aristidem Choricius illud de Pindaro legisse videtur.

G. 242, XVI, 11. *Πίνδαρος δέ, τὸ θρέμμα τῶν μελιττῶν, τόδ' ἔφη που λέγων·*

---

[1]) Cf. Meineke frgm. IV, 332.

. . . . οὔϑ' αἴϑων ἀλώπηξ
οὔτ' ἐρίβρυμοι λέοντε; μεταλλάξονται ἦϑος.

Οὔτε δεινότης φησί — τοῦτο γὰρ ἡ κερδὼ σημαίνει τῷ ποιητῇ — μετασκευάσαι δύναται γνώμην οὔτε φόβος — τοῦτο γὰρ ὁ λέων ἐμφαίνει. (cf. not. 15) = Pind. O. XI, 20—21:

. . . . οὔτ' αἴϑων ἀλώπηξ
οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες διαλλάξαιντο ἦϑος.

Eadem Pindari verba paulo post [13] repetit: οὔτε (γὰρ) αἴϑων ἀλώπηξ οὔτ' ἐρίβρομοι λέοντες (τοῦτο ἂν δύναιντο).

Hoc eodem loco citat sub Pindari nomine verba Pind. O. I, 18: Καὶ μὴν ᾄσματ' ἐστὶ τὰ Πινδάρου ποιήματα, κἀπὸ τοῦ πασσάλου τὴν φόρμιγγα καϑελὼν ᾖδεν ἅμα κιϑαρίζων τὰ μέλη, ἀλλ' ὅμως αὐτός σοι διαῤῥήδην βοᾷ = ἀλλὰ Δωρίαν ἀπὸ φόρμιγγα πασσάλου

λάμβαν' κτλ.

B. 42, 11 sq. Ποῦ τοίνυν τὴν τοιαύτην ψυχὴν εἰκάζειν χρὴ καταλύειν; ἢ δῆλον ὡς ἐν λειμῶνι τερπνῷ ψυχαγωγίας γέμοντι καὶ ῥᾳστώνης, ἔνϑα μετρίας τε πνεῖν αὔρας[1]) εἰκὸς καὶ πηγὰς καϑαρὰς καὶ διαφανῆ νάματα ῥεῖν καὶ πᾶσαν ἁπλῶς ἡδονήν, ὅση λειμώνων ἐστὶν εὐφροσύνη κτλ. Hoc loco praeter Platonis Phaedri initium celeberrimum respexit Pind. O. II, 78 sq. de beatorum insula versus:

. . . . ἔνϑα μακάρων
νᾶσος ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέοισιν, ἄνϑεμα δὲ χρυσοῦ φλέγει,
τὰ μὲν χερσόϑεν ἀπ' ἀγλαῶν δενδρέων,
ὕδωρ δ'ἄλλα φέρβει,
ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ κεφαλὰς
βουλαῖς ἐν ὀρϑαῖσι Ῥαδαμάνϑυος κτλ.

B. 110, 9, not. 5. ἀεὶ τῆς παρούσης ἡλικίας ἀμείνω κεκτημένος τὸν νοῦν, ἐν παισὶ μὲν νέος τὴν φρόνησιν, ἐν δὲ μειρακίοις ἀνήρ, ἐν ἀνδράσι δὲ γέρων. Respexit duos Pindaricos locos. P. V, 109—110:

κρέσσονα μὲν ἁλικίας
νόον φέρβεται

et P. IV, 281 sq.:

. . . . . . κεῖνος γὰρ ἐν παισὶν νέος,
ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἐγκύρσαις κτλ.

Cf. B. 4, 5 sq.

---

1) Cf. p. 27.

B. 37, 12. *ἐπεὶ δὲ πρὸς ἄκρον μὲν ἀρετῆς, πρὸς ἄκρον δὲ τύχης ἀνέβη καὶ τοιούτων ἔτυχεν ἀμοιβῶν, οἵας οἱ ποιηταί φασι τοῖς ὁσίοις ὑπάρχειν, παίδων καταλείψασα παῖδας ὥραν ἦγε θανάτου ταλαιπώρου τε πολιᾶς αὐτὴν ἐλευθεροῦντος καὶ πολλῆς, ὡς εἰκός, ἀγωνίας.* Imitatus est Pind. N. VII. 96 sq.:

. . . . . *δύνασαι δὲ βροτοῖσιν ἀλκὰν*
ἀμαχανιᾶν δυσβάτων θαμὰ διδόμεν.
εἰ γάρ σφισιν ἐμπεδοσθενέα βίοτον ἁρμόσαις
ἥβᾳ λιπαρῷ τε γήραϊ διαπλέκοις
εὐδαίμον' ἐόντα, παίδων δὲ παῖδας ἔχοιεν αἰεὶ
γέρας τόπερ νῦν καὶ ἄρειον ὄπιθεν.

Cf. B. 110, 14. *οἱ δὲ τοῖς ἑκατέρου γένους κοσμούμενοι τέκνοις οὐδενὸς ἔτι πρὸς εὐδαιμονίαν εἰσὶν ἐνδεεῖς, οἷον τοῖς ὑμετέροις ὑπῆρξε γονεῦσιν εὐτύχημα, καλοκἀγαθίας μισθός.*

B. 190, 1. not. Boiss. *Τὸ δὲ Γαδείρων οὐ περατόν* = N. IV, 69. *Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον οὐ περατόν.* In proverbii vices hoc Pindaricum abiit.

B. 185, 25. *Ἀλλ' ἐφελκύσω καὶ τὸ τῶν Φρακτῶν σιδήρεον γένος ἀῤῥήτοις ἴυγξι.* N. IV, 35:

ἴυγγι δ' ἕλκομαι ἦτορ
νεομηνίᾳ θιγέμεν.

B, 180, 5. *τὸν θρῆνον . . . ἐξυφαίνοντες* N. IV, 44:

ἐξύφαινε, γλυκεῖα . . . . φόρμιγξ
. . . . *μέλος πεφιλημένον.*

B. 58, 9. *ὅσης γὰρ ἄξιοι δίκης οἱ πονηρίαν τινὰ μετιόντες, τοσαύτης, οἶμαι, τιμῆς οἱ τὴν ἀντικειμένην ἀρετὴν ἠσκημένοι* I. VI, 22 et 26:

. . . . *ἄγει τ' ἀρετὰν οὐκ αἰσχίω φυᾶς,*
τιμὰ δ' ἀγαθοῖσιν ἀντίκειται.

G. 63 *⟨ΛΟΓΟΣ⟩ (προαίρεσιν) . . . ἀμειβομένην τοὺς εὐεργέτας* = I. I, 53 sq.

ἄμμι δ' ἔοικε . . . .
. . . . *ἀμειβομένοις εὐεργέταν κελαδῆσαι.*

§ 8.

De Choricii reliquorum veterum lyricorum studio.

Arionis et Terpandri nomina commemorat:

B. 5, 12. *Ῥᾷον ἄν τις διέλαθεν Ἀρίωνα τὸν Μηθυμναῖον ἢ τὸν Λέσβιον Τέρπανδρον ἐκμελῶς κινῶν τὰς χορδάς, ἥπερ ἐκεῖνον ἄῤῥυθμόν τι φθεγξάμενος.*

Simonidis nomen appellat:

B. 201, 6. *Δίκαια ταῦτα δοκεῖ εἶναι Πλάτωνί τε τῷ Ἀθηναίῳ καὶ Σιμωνίδῃ τῷ Κείῳ κτλ.* Hunc locum non secundum Simonidem ipsum sed Platonem sophistam citasse manifestum est. Cf. pag. 21.

Solonis verba citat aliunde non nota:

B. 108, 1. *ὑπτία τε πᾶσα καὶ καθειμένη καὶ τὸ τοῦ Σόλωνος „λιπαρὴ κουροτρόφος“* Bergk. fragm. lyr. Graec. ed. IV. fragm. 42. Cf. Hom. Od. *ι*, 27. Ar. Thesm. 300.

Archilochus.

G. 221. VI, 10. *Ἀρχίλοχον γὰρ οὐδὲ παραβάλλειν ἔνεστιν ὅλως ἑτέρῳ μηδὲν εἰς ἔννοιάν τε καὶ λέξιν ἐσχάτης ἀκοσμίας ἐκλελοιπότα.* Num sophista hoc ex Archilochi carminibus ipsis cognoverit, dubito. Apud multos scriptores Graecos talia de Archilocho traduntur. Cf. Pind. P. II, 53:

ἐμὲ δὲ χρεὼν
φεύγειν δάκος ἀδινὸν κακαγοριᾶν.
εἶδον γὰρ ἑκὰς ἐὼν ταπόλλ' ἐν ἀμηχανίᾳ
ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλόγοις ἔχθεσιν
πιαινόμενον.

Reliquum est, ut quae ex his quos attuli locis colligi possint, paucis comprehendam summamque totius quaestionis faciam.

Atque quamquam exemplorum numerum augeri posse et auctum iri, si omnia Choricii opuscula in lucem prodierint, concedo, tamen hos quos collectos oculis proposui locos satis firmam imaginem praebere existimo. Aliquo tamen modo haec imago sine dubio mutabitur, si exploratum erit, quantopere rhetores atque sophistae posteriorum temporum, imprimis Lucianus, Aristides, Philostrati, Libanius, quos Choricius in suum usum adhibuit, ab eo imitatione expressi sint. Tum fortasse elucebit nonnullos locorum, quos ego protuli, Choricium non ex auctoribus veteribus ipsis, sed per illos sophistas cognovisse.

Oratorum autem omnium maxime **Demosthenem** respexit.

I. Atque omnium orationum Demosthenicarum orationem de corona potissimum in suum usum convertit. Invenimus ex hac oratione unum locum citatum tantamque multitudinem et locorum imitatione expressorum elocutionumque, quas suas fecit, ut hanc orationem eum penitus cognovisse concludere possimus.

Praeter hanc lectitavit sine dubio orationes has:

II. de falsa legatione, e qua unum locum citavit, unum exemplum attulit, quatuor locos expressit, quinque elocutiones suas fecit;

III. Olynthiacam I., quod probatur uno loco citato, uno imitatione expresso;

IV. Olynthiacam II., e qua unum locum citat, sex locos imitatus est.

V. Ex Olynthiaca III. duos locos similes attuli.

VI. Midianam Choricius certe cognovit. Duo loci inde expressi, duae elocutiones indidem sumptae apud sophistam exstant.

VII. Aristocrateae duos locos satis certos inveni.

VIII. Philippicae I. exstat unus certus locus.

IX. Philippicae III. item unus locus expressus invenitur.

Has duas orationes sophista cognovisse videtur. Neque enim

puto eum hos duos locos, qui etiam apud Stobaeum exstant, e florilegio quodam sumpsisse. Philippicae enim orationes dignissimae videbantur, quas sophista cognosceret.

X. De Pace orationem sophistam lectitasse demonstrant duo loci, alter ex ea citatus, alter expressus.

XI. Leptineae quinque locos certa imitatione expressit.

XII. De Chersonesiacis orationem cognovit, quod demonstrant duo satis certi loci inde expressi.

XIII. Ex oratione contra Boeotum una elocutio expressa invenitur.

Reliquae Demosthenis orationes, e quibus nonnullas elocutiones Choricius sumpsit non tam certas, ut ex eis, num eas orationes cognoverit, concludere possimus, hae sunt:

XIV. or. contra Dionysodorum,

XV. Timocratea, quarum orationum binas collegi elocutiones similes.

XVI. De Philippi epistola nil certi dici potest.

Atque rationem, qua sophista Demosthenem in suum usum converterit, si quaerimus, non solum sermonis elegantiam atque dicendi copiam imitatus est, sed etiam elocutiones rhetoricas ex illius studio libavit atque amplificavit. Cf. F. 212, 28; 218, 6; 220, 6; 210, 14; 218, 25; 219, 6; G. 219, IX, 4; B. 141, 6.

Isocratis duas eas orationes, quarum auctoritas propter sententiarum ubertatem apud sophistas semper maxime florebat imitandique facultatem praebebat, (ad Demonicum et Euagoram) maxime omnium Isocratearum orationum cognovit.

Ex oratione ad Demonicum laudavit tres locos, unum fortasse imitatus est.

Ex Euagora unum locum citavit, duos imitatus est.

Praeterea Panegyricum cognovisse sophistàm unus certus locus satis demonstrat.

Lysiae locus unus apud Choricium invenitur. Atque notandum est eum esse ex initio eius orationis quae, quamquam Lysias apud posterioris aetatis Graecos minus legebatur, tamen nonnullos ad legendum invitasse videtur: est apologia Eratosthenis; haec enim oratio semper omnium Lysianarum orationum celeberrima habita est.

Aeschinis tres orationes Choricius certe cognovit, quamquam non aeque usurpavit.

E Timarchea duas leges Atticas citavit, tres locos fortasse imitatus est.

Ex oratione de falsa legatione unum locum citat, unum exemplum affert.

E Ctesiphontea nullum locum inveni. Tamen eum hanc orationem novisse probabile est. Cf. p. 11 cum nota 1.

Magnam multitudinem **Platonicorum** locorum apud Choricium invenimus.

I. Reipublicae Platonicae, quem dialogum quibuscunque temporibus Plato cognitus erat, omnium lectatissimum fuisse constat, etiam Choricius maximam operam dedit. Invenimus enim huius dialogi quinque locos a Choricio citatos, e quibus unum Socratis sub nomine. Atque expressos locos invenimus undecim, e quibus unum (Rep. I, 330 D—E) quinquies adumbravit. Neque solum sententias illustresque huius dialogi locos suos fecit, sed etiam tales expressit, quales minime expectemus: narrationes per metaphrasin ex Homero adumbratas. (F. 208, 21; F. 228, 31). Elocutiones huius dialogi proprias sex apud Choricium inveni.

II. De legibus dialogum multo minus respexit, id quod haud miramur. Inveniuntur unus locus citatus, unus imitatione expressus, septem elocutiones.

III. Convivii unum locum indicat sub nomine *παλαιῶν λόγων,* quo fere Platonem significat. Praeterea tres locos inde certe adumbravit et quatuor elocutiones petivit.

IV. Phaedri initium semel citat, sexies imitatus est. Praeter hoc tres locos expressit et tres elocutiones suas fecit.

V. E Gorgia duo adhibuit exempla, tres locos imitatus est, quinque elocutiones petivit.

VI. Phaedonis unum locum citat, unum locum per paraphrasin videtur mutasse.

VII. Ex Euthyphrone unum locum citat.

VIII. Ex Apologia unum locum imitatus est.

IX. Ex Critone unum locum imitatus est.

X. Ex Philebo unum citavit locum, unum fortasse imitatus est, unam fortasse elocutionem petivit.

XI. Ex Lyside unam elocutionem sumpsit.

XII. Timaeum Choricium cognovisse et ex uno loco, quo Platonicam illam miram de hominum natura doctrinam respexisse videtur, et ex una elocutione ex hoc dialogo sumpta elucet.

Minus certa argumenta nonnullorum aliorum dialogorum invenire potui: Politici, Cratyli, Parmenidis, Protagorae, Theagis, Sophistae, Alcibiadis secundi, Epinomidis. Loci horum dialogorum inveniuntur aut non satis similes aut non ita illorum proprii, ut ex eis aliquid certi ad nostram quaestionem effici possit.

Praeter hosce locos attuli nonnullas Platonicas elocutiones, quae in pluribus dialogis exstant.

Thucydidis sub nomine nullum locum apud Choricium citatum invenimus. Sed tamen respexit eum decies, quatuor exempla laudans, sex locos imitans, haud paucas voces atque elocutiones transi sumens.

Sub **Herodoti** nomine ipso ter locos citat, quinquies ad eius auctoritatem provocat. Exempla ex Herodoto sumpsit certe octo et praeter haec unum fortasse (B. 142, 10). Tres locos Herodoteos imitatus est. Praeterea tres Herodoteae elocutiones apud Choricium exstant. Magis igitur in exemplis quam in sententiis et dictione Herodoti studium cernitur.

E **Xenophonteis** operibus Cyropaediam unam sophista cognovisse videtur. E qua unum locum citavit, duo exempla petivit, ter locos certe, bis minus certe expressit, quater elocutiones imitatus est. Aliorum operum nullum inveni locum, id quod non mirandum esse puto, quoniam Cyropaediam omnium Xenophonteorum operum apud posteriores lectitatissimum fuisse scimus.

Homerica tot apud Choricium inveniuntur, ut singula colligere atque digerere supersederim.

Hesiodi Theogoniae tres locos sophista respexit, Operum et Dierum tres, ut haec opera Choricio cognita fuisse certum sit.

Aeschylea perpauca apud Choricium inveni. Choephororum unum indicavi locum, Eumenidum unum, Promethei unum non satis certum. Locum fabulae, quae inscribitur Septem contra Thebas (B. 38, 10—11 = Sept. 578) ex hac tragoedia ipsa expressum esse mihi quidem non probatur.

Sophocleae Aiacis duo loci apud Choricium exstant, qui certe ex illius verbis expressi sint. Hanc quidem tragoediam ei cognitam fuisse ex illis non probatur. Facile enim eos ex gnomologia vel anthologia aliqua cognoscere et imitari potuit. In Stobaei enim florilegio, quod multos locos a Choricio laudatos exhibet, illi loci inveniuntur. Sed Electrae quoque locum apud Choricium invenimus ita

certum ac singularem, ut hanc fabulam sophistae cognitam fuisse satis appareat. Itaque etiam Aiacem a Choricio lectam esse concludere licebit, praesertim cum haec omnium fabularum Sophoclearum lectitatissima fuerit. Reliquas fabulas huius poetae num Choricius cognoverit, indicia non satis firma exstant.

Euripidis unum fragmentum apud Choricium legimus, quod alicu bi non inveniatur: est locus, quem attuli primum. Sed quaenam fabula fuerit, e qua illum locum sumpsit, non elucet. Est enim locus talis, ut eum ex gnomologia petitum esse nil sit, cur negemus.

Euripidearum fabularum quae adhuc exstant sophista certe has cognovit:

I. Hippolytum, quem non semel in descriptione imaginum ad Phaedrae fabulam pertinentium (B. 156 ff.) in suum usum convertit. Praeterea etiam in singulis hanc fabulam respexit;

II. Andromacham, cuius unum locum citavit, duos expressit;

III. Medeam, cuius semel mentionem facit (G. 243 XVII, 2) et unum locum adhibuit;

IV. Orestem, cuius unum locum citat, unum usurpat;

V. Phoenissas, e quibus unum locum citat;

VI. Alcestin, cuius unum locum imitatur;

V. Hecubam, cuius unum locum citatum, unum expressum attuli;

VI. Troades, quarum unum locum imitatione expressisse videtur.

Ex Heraclidis et Hercule Furente singulos locos similes Villoisonius attulit. Sed Choricium has fabulas cognovisse illi quidem non demonstrant. Neque enim similitudo tanta est, quanta in nostra quaestione poscitur et, quod etiam apud Stobaeum leguntur, sophista facile ex anthologia quadam eos sumpsisse potest.

Fabularum deperditarum locos iam viri docti attulerunt. Sed nil valent ad nostram quaestionem: omnes enim etiam in Stobaeo leguntur.

Aristophanearum fabularum Choricius cognovit:

I. Thesmophoriazusas, quarum unum locum citat;

II. Ranas, e quibus unum locum citat, unum exemplum commemorat, unam elocutionem imitatur;

III. Nubes, quarum unum locum imitatur, unam elocutionem fortasse suam fecit;

IV. Equites, quorum nonnullas personas commemorat, unam elocutionem suam fecit;

V. Acharnenses, quorum unum locum imitatus est.

Praeterea exstat unus locus, qui num ad Ranas referendus sit, incertum est.

Menandri fabularum Choricius nonnullas commemorat uno loco apologiae mimorum. Sunt hae:

Hypobolimaeus vel Rusticus (*Ὑποβολιμαῖος ἢ Ἀγροῖκος*);

Dyscolus (*Δύσκολος*) vel *Ἐπιτρέποντες*.

Etiam *Σύγκρισιν Μενάνδρου καὶ Φιλήμονος ἢ Φιλιστίωνος* novit.

Pindari hymnorum Choricius omnes, qui hodie exstant, videtur cognovisse. Duo carminum deperditorum loci videntur non ex Pindaro ipso,sed ex aliis petiti.

Et omnium carminum maxime Nemeum quartum lectitasse videtur, e quo duos imitatus est locos, duas elocutiones suas fecit.

Pythiorum cognovit quintum et quartum, e quibus singulos locos expressit.

Ex Olymp. I. VII. XI. habet locos citatos; ex Ol. II. locum imitatur.

Isthmiaca eum cognovisse duobus locis comprobatur Isthm. I et VI.

Praeter Nemeum IV. cognovit II., e quo unum locum expressit, et VII.. e quo unum locum imitatus est.

Reliquorum veterum lyricorum nominat Arionem, Terpandrum, Simonidem, Archilochum, sed illorum carmina vix novit.

Solonis locum aliunde non cognitum citat.

Haec quae disputavi si comprehendimus, nullius ex veterum Graecorum scriptoribus exceptis Menandro, Sophrone, Euripide, Solone Choricius, quod quidem ex eius operibus colligere possimus, cognovit plura quam quae etiam hodie exstant opera.

Atque huius quaestionis summam si comparamus cum eis, quae Foerster de Libanii studiis disputavit[1]), videmus fere eadem lumina

[1]) Herm. vol. XII, pagg. 207 sq; Rh. M. vol. XXXII pagg. 86 sq; Francesco Zambeccari und die Briefe des Libanius p. 212. Praeterea Foersterus nonnulla de Libanii Platonico studio mecum communicavit.

utrumque secutum esse atque ex eisdem fere scriptoribus scientiam suam litterarum hausisse, sed Choricium, ut qui saeculo post Libanium floruerit, iam non aeque atque hunc in illorum lectione versatum esse.

Uterque totus est in Homero, suum fecit Demosthenem, Platonem, Thucydidem, Herodotum. Xenophontis operum Libanius Hellenica, Commentarios, Anabasin, Cynegeticum, Choricius Cyropaediam modo videtur cognovisse.

Uterque certe cognovit Hesiodi Opera et Dies, Theogoniam, Euripidis, Sophoclis, Aeschyli nonnullas fabulas, Isocratem, Lysiam, Aeschinem. Pindaricorum carminum Libanius imprimis Olympia et Pythia novit, Choricius haec carmina Nemeis et Isthmiis non videtur praetulisse. Aristophanearum fabularum Libanius maxime suas fecit Nubes et Acharnenses. Choricius has comoedias reliquis non praetulit. Operum deperditorum Libanius magnum numerum cognovit. Choricium praeter Solonem, Sophronem,[1]) Menandrum alios veteres scriptores cognovisse ex operibus quidem eius cognosci non potest. Euripidis enim unum novum locum fabulae deperditae apud Choricium invenimus, sed ab ipso eum e fabula haustum esse probabile non duximus. Contra Libanius plura opera hodie deperdita cognovit.

[1]) Cf. G. 215, III, 10, et p g. 209 sq.

Corigenda.

P. 15 l. 8 legas: Cf. not. 5. Boiss.
P. 22 l. 20 legas: δέος.
P. 23 l. 22 legas: οἰκουρούσας.
P. 31 l. 5 legas: indicatur.
P. 35 l. 32 legas: Pal.
P. 36 l. 17 legas: νεών.
P. 40 l. 3 legas: ἥ τε.

Vita.

Natus sum Ioannes Malchin Blaesendorfiensis Marchicus die XV. mens. Jun. a. h. s. LIX patre Augusto, praematura morte mihi abrepto, matre Maria e gente Kobowiana. Fidei adductus sum evangelicae. Primis literarum, elementis imbutus puer XII annorum receptus sum in gymnasium Wittstockiense. Octo annis post maturitatis testimonio comparato, ut studiis theologicis me dederem, petivi academiam Berolinensem. Sex mensibus post in ordinem philosophicum transscriptus per bis sex menses Berolinensis, per septies sex menses Kiliensis academiae fui civis. Unum semestre Berolini interea valetudinis causa commoratus sum. Berolini audivi vv. ill. Althaus, Harms, Henning, Huebner, Kirchhoff, Oldenberg, Scherer, Semisch. Exercitationibus germanicis Schereri per duo semestria interfui. Kiliae audivi vv. ill. Blass, Busolt, Erdmann, Foerster, Forchhammer, Leo, Luebbert, Pietsch, Pfeiffer, Pischel, Thaulow †. Seminarii philologici Kiliensis, quod Forchhammerus, Luebbertus, Foersterus, Blassius moderabantur, per septem semestria sodalis fui.

Quibus viris omnibus meritas debitasque gratias ex animo ago, maximas autem Foerstero, qui studiis incumbenti neque consilio neque opera unquam mihi defuit

Theses.

1. Soph. Trach 869 pro codicum *ἀήθης καὶ συνωφρυωμένη* legendum est: *κατηφὴς καὶ συνωφρυωμένη*. Cf. Choricius ed. Boissonade p. 103, 4.

2. Eurip. Hel. 1485 pro codicum *ἄβροχα* legendum est *ζάβροχα*.

3. Theogn. 911. *εἰσὶ τὸ πρόσθεν* cum Mutinensi (A) tenendum est contra Bergkium alios.

4. Theogn 477—478 legendum est:

Δείξω δ'ὡς οἶνος χαριέστατος ἀνδρὶ πεπόσθαι,
οὔτ' ἔτι γὰρ νήφω, οὔτε λίην μεθύω.

Dumbarton Oaks
7/9/43